



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Tractatus De Iurisdictione Episcoporum Germaniae**

**Wintzler, Christoph**

**Coloniae, 1614**

42. An in causis secularibus valide appellatur ad Pontificem.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10387**

*ff. de iust. & iur.* hoc modo distinguit, aut statu-  
 tuentes habent jurisdictionem primæ & secun-  
 dæ appellacionis, & valet statutum, *l. 2. §. exa-*  
*elis. ff. de orig. iur.* quia disponit de his, quæ ad  
 jurisdictionem statuentium pertinent, aut ha-  
 bent jurisdictionem primæ appellacionis, aut  
 nullam, ita quod appellatio ad superiorem de-  
 uolui debeat, & non valet, sicut nec de jure ca-  
 nonico, quo omisso medio appellatur, quia ten-  
 dit in præiudicium superioris, *c. 2. x. de maior. &*  
*obed. c. venientes. vbi Dd. x. de iure iur.* & ex ea ratio-  
 ne non posse inferiores statuto appellacionem  
 tollere vel impedire, communiter receptum re-  
 fert, *Ripa. in c. 1. num. 45. x. de restitut. teste Cornel.*  
*Brederod. in tract. de appell. part. 1. tit. 11. verb. infe-*  
*riores, & verb. priores populi,* prout nec in Ca-  
 mera tale statutum attenditur, *Gail. d. num. 12.*  
*Mynsing. Cent. 1. obs. 14.*

## TITVLVS XXXII.

An in causis secularibus recte appelle-  
 tur ad Pontificem.

1. Pontifex quoad causas seculares nihil sibi ju-  
 risdictionis assumit.
2. De facto & consuetudine Ecclesiastica appellatio  
 à Iudice ciuili ad Pontificem interposita te-  
 net.
3. In Camera imperiali appellans ad Pontificem e-  
 iusque Iudicium prorogans non auditur.
4. Appellatus, qui iudicium non agnouit, supplicans  
 auditur.

Cum

1. **C**VM Pontifex, quoad causas seculares sibi nihil jurisdictionis assumat, *c. venerabilem. x. de elect. c. nouit. x. de iudic. sup. tit. 20. & seq.* appellatio à civili iudice ad eius audientiam interposita secundum juris rigorem non tenet, sed de facto & consuetudine ecclesiæ aliud obseruatur, *c. si duobus. 7. §. deniq. x. de appell.* quod in tantum videtur in Camera Imperiali considerari, vt si quis ad Pontificem prius appellarit, eiusque iudicium agnouerit & prorogarit, non audiatur, *arg. ad l. Papinianus. cum autb. seq. C. de sent. & interloc. om. iud. vt est præiudicium in causa Catharinæ Webers / apud Pet. Mind. lib. 1. de process. cap. 11. num. 2. & 4.* si autem appellatus & is qui iudicium, quod impugnare intendit, non agnouit, supplicet, auditur, & sæpe cum maximo partium detrimento antea acti processus, non obstante allegata consuetudine cassantur, & principale negotium, de nouo cognosci demandatur, vt extant diuersa præiudicia, *apud Adrian. Gylman. in Symphor. tom. 3. Verb. appellare, quibus, & c. & verb. Iudex tom. 6. cap. 1. vers. 4. Matth. Stephan. lib. 2. de iuris. part. 1. cap. 3. num. 195. lib. 3. part. 1. cap. 3. num. 52. & seq. Tho. Michaël. d. conclus. 43. & adhuc nuper anno 1607. 30. Aprilis, in causa Michaëlis contra Wilhelm. & Mattheis Schroder.*

—06(\*)90—

